

Alte Drucke

Opera

ANGELI || POLITIANI || OPERVM || TOMVS PRIMVS. || Epistolarum libros XII. ac
Miscellaneorum || Centuriam I. complectens. || Indicem rerum memorabilium
calci || operis adiecimus. ||

Poliziano, Angelo

Antverpiae, 1565

Angeli Politiani Epistolarvm Liber Qvartvs.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:ha33-1-155013

ANGELI POLITIANI
EPISTOLARVM
LIBER QVARTVS.
TVS.

IACOBVS ANTIQVARIVS

Angelo Politiano S. D.



D quintum Idus Aprilis secesseram Ticinum. Postridie eius diei cum officij causa praefectum arcis, humanissimum virum Iacobum Pusterlam convenissem, perbenigne me exosculatus, secunda, inquit, noctis vigilia de Laurentij

Medicis obitu praevolans tabellarius ad principem contendit. Hoc nuncio attonitus, oculos cum in terram defixissem, estne, inquā, nobis iratus deus, ut in illo omnium sapientissimo viro, tot spes, tot virtutum imagines, et signa, tanquam ad vasa conclamās sustulerit? sed de Italia calamitatibus mox. Quae enim ab eminentissimis locis mala ingruunt, niuib, cum in montium cacuminibus liquefcentes ingentia efficiunt flumina, simillima esse solent. Biduo post Mediolanum regressus offendi sermonē varium: ea nanque de mœstissima re ita populus erat certior. Alij de celo ædem Liberatæ paulo antè, quàm Laurentius decederet, tactam; alij desperata eiusdem salute, Petrum Leonem medicum, qui ægrotanti affederat, sese in puteum praecipitasse affirmabant. Dedi complusculos dies dolori meo: neque possum, mi Politiane, magno pere non torqueri: et ut me ipsum assidue magis vergeat, tum mea, tum aliorum causa facit. Seis quā illum veneratione prosequerbar, quoue quasi restituta vice, me ipse complectebatur animo non ignoras: qui vnus omnium vitæ

Laurentij
Medicis
mors

G

mea

Petrus
Medices.

meæ præsidium in pleraque fortuna à me cēseretur constan-
tissimū. Sed in cōmuni rerū aceruo plura sunt. Sape enim
inter Scyllam & Charybdim positus, Italiā nō minus tē-
perabat, quā isthmus ille, qui inter Ionium, & Aegēū,
ne inter se cōcurrentia maria confundantur, natura cō-
stitutus esse videtur. Scio in clarissimo iuvene Petro
Medice ab vniuersa ciuitate, quod nostrū dolorē pluri-
mū extenuat, patris auctoritatem prorsus confirmatā
esse: idq; decretum publicum, quoniam in vnius familie
incolumitate totius Reip. salus versatur, perpetuū man-
surum & speramus, & cupimus. Laurentij tamen desi-
derium lenire nequeo: & quod recenti vulnere accide-
re solet, quō magis frigescit, eō grauius dolet, in me sen-
tio. In ista verō tua ingenti studiorum calamitate, atque
iactura, quid abs te optem video, quid impetrare possim
ambigo: Faciam tamen quod in cōmuni luctu affolet: ac
per ipsius Laurentij felicem memoriam, vt abstergis ali-
quantisper lacrymis, quo ille emigrauerit animi terrore,
quidue antea ad suos sit præfatus, in vtriusque nostrum
consolationem (totam illius vitam splendoris, & laudis
plenam, tuis aliquando lucubrationibus ad posteritatem
peruenturam non dubito) quibus honoribus sit elatus,
cui quoque monumento, & quibus eulogijs intulerint,
perscribas, & rogo, & obsecro. Vale. Mediolani, xviii.
Kalend. Aprilis. M. CCCCXCII.

ANGELVS POLITIANVS

Iacobo Antiquario suo s. d.

VULGARE est, vt qui serius paulō ad amicorū litte-
ras respondeāt, nimias occupationes suas excusent. Ego
vero quō minus mature ad te rescripserim, non tā culpā
confero in occupationes, quanquā ne ipsæ quidē desue-
runt, quā in acerbissimum potius hunc dolorem, quem
mibi

mihī eius viri obit⁹ attulit, cuius patrociniū nuper vnus
 ex omnibus litterarū professoribus, & eram fortunatiss-
 simus, & habebam. Illo igitur nunc extincto, qui fuerat
 vnicus auctor eruditi laboris videlicet, ardor etiā scri-
 bendi noster extinctus est, omnisq; propē veterum stu-
 diorum alacritas elanguit. Sed si tantus amor casus co-
 gnoscere nostros, & qualem se ille vir in extremo qua-
 si vitæ actu gesserit audire, quāquā et fletu impedi-
 or, & à recordatione ipsa, quasiq; retractatione doloris
 abhorret animus, ac resilit, obtemperabo tamen tuæ tã-
 tæ, ac tam honestæ volūtati, cui deesse pro instituta in-
 ter nos amicitia neq; volo, neq; possum. Nam profectō
 ipsemet mihī nimīū & inciuilis viderer, & inhumanus,
 si tibi & tali viro, et mei tã studioso rem ausim prorsus
 vllam denegare. Ceterū quoniā de quo tibi à nobis scri-
 bi postulas, id eiusmodi est, vt facilius sensu quodā animi
 tacito, & cogitatione comprehendatur, quā aut ver-
 bis, aut litteris exprimi possit: hac lege tibi iam nūc ob-
 sequium nostrum astringimus, vt neque id polliceamur,
 quod implere non possumus, tua certē caussa nō recuse-
 mus. Laborauerat igitur circiter menses duos Laurenti-
 tius Medices ē doloribus ijs, qui quoniā viscerū cartila-
 gini inhæcant, ex argumento Hypochondrij appellan-
 tur. Hi tamen si neminē sua quidē vi iugulant, quoniā ta-
 men acutissimi sunt, etiam iure molestissimi perhibētur.
 Sed enim in Laurentio fatōne dixerim, an inscitia, incu-
 riāq; medentiū id euenit, vt dū curatio doloribus adhi-
 betur, febris vna omnīū insidiosissima cōtracta sit, quæ
 sensim illapsa, non quidē in arterias, aut venas, sicuti ce-
 teræ solent, sed in artus, in viscera, in nervos, in ossa
 quoq; et medullas incubuerit. Ea verō quōd subtiliter,
 ac latenter, quasiq; lenibus vestigijs irrepserrat parum

Laurentij
 Medicinæ
 obitus,

primò animaduersa: dein verò cùm satis magnam sui significacionem dedisset, non tamen pro eo ac debuit diligenter curata, sic hominem debilitauerat prorsus atq; afflixerat, vt non viribus modò, sed corpore etiam penè omni amisso, & consumto distabesceret. Quare pridie quàm naturæ satisfaceret, cùm quidem in villa Caregia cubaret aeger, ita repente concidit totus, nullam vt iam suæ salutis spem reliquam ostenderet. Quod homo, vt semper cautissimus intelligens, nihil prius habuit, quàm vt animæ medicum accerseret, cui de cōtractis tota vita noxijs Christiano ritu confiteretur. Quem ego hominem postea mirabundum sic propè audiui narrantem, nihil sibi vnquam neque maius, neque incredibilius visum, quàm quomodo Laurentius constans, paratúsque aduersus mortem atque imperterritus, & præteritorum meminisset, & præsentia dispensasset, & de futuris item religiosissime, prudentissimeq; cauisset. Nocte dein media quiescenti, meditantique sacerdos adesse cū sacramento nuntiatur: ibi verò excussus, procul, inquit, à me hoc absit, patiar vt IESVM meum, qui me finxit, qui me redemit, adusque cubiculum hoc venire, tollite hinc obsecro me quam primum, tollite, vt domino occurrám. Et cum dicto subleuans ipse se quantum poterat, atque animo corporis imbecillitatē sustentans, inter familiarium manus obuiam seniori ad aulam vsque procedit: cuius ad genua prorepens, supplexq; ac lacrymans: Tūc, inquit, mitissime IESV, tu nequissimum hunc seruum tuum dignaris inuisere? At quid dixi seruum: imò verò hostem potius, & quidem ingratisimum qui tantis abs te cumulatus beneficijs nec tibi dicto vnquā audiens fuerim, & tuam toties maiestatem læserim. Quod ego te per illa, qua genus omne hominum complecteris, caritatem,

tatē, quæq; te cælitus ad nos in terrā deduxit, nostræq;
humanitatis induit inuolucris, quæ famē, quæ sitim, quæ
frigus, æstus, labores, irrisus, contumelias, flagella, &
verbera, quæ postremo etiam mortem, crucemque subia-
re te compulit: per hanc ego te salutifer IESV quæso,
obtestorque, auertas faciem à peccatis meis: vt cum an-
te tribunal tuum constitero, quo me iam dudum citari
plenè sentio, non mea fraus, non culpa plectatur, sed tuæ
crucis meritis condonetur. Valeat, valeat in caussa mea
sanguis ille tuus IESV pretiosissimus quem pro asseren-
dis in libertatem hominibus, in ara illa sublimi nostræ
redemptionis effudisti. Hæc atque alia cum diceret lacry-
mans ipse, lacrymantibusq;, qui aderant, vniuersis iu-
bet eum tandem sacerdos attolli, atque in lectulum suū,
quo sacramentum commodius administraretur, referri.
Quod ille cum aliquandiu facturum negasset, tamen ne
seniori suo foret minus obsequens, exorari se passus,
iteratis eiusdem fermè sententiæ verbis, corpus ac san-
guinē dominicum plenus iam sanctitatis, & diuina qua-
dam maiestate verendus accepit. Tum consolari Petrum
filium (nam reliqui aberant) exorsus, ferret æquo animo
vim necessitatis admonebat, non de futurum cælitus pa-
trocinium, quod ne sibi quidem vnquam in tantis rerū,
fortuneq; varietatibus defuisset, virtutem modò, &
bonam mentem coleret, bene consulta bonos euentus pa-
ritura. Post illa contemplabundus aliquandiu quieuit:
exclusis dem ceteris, eundem ad se natum vocat, multa
monet, multa præcipit, multa edocet, quæ nondum foras
emanarunt, plena omnia tamen (sicuti audiuius) & sa-
pientiæ singularis, & sanctimonie: quorum tamen
vnum, quod nobis scire quidem licuerit adscribam. Ci-
ues, inquit, mi Petre successorē te meū haud dubiè agno-

scent. Nec autē vereor, ne non eadē futurū auctoritate
 in hac Rep. sis, quā nos ipsi ad hanc diē fuerimus. Sed
 quoniā ciuitas omnis corpus est (quod aiunt) multorum
 capitū, neq; mos geri singulis potest, memento in eius-
 modi varietatibus id consilium sequi semper, quod esse
 quā honestissimū intelliges, magisq; vniuersitatis, q̄
 seorsum cuiusque rationem habeto. Mandauit & de fu-
 nere, vt scilicet aui Cosmi exemplo, iusta sibi fierent, in-
 tra modū videlicet eū, qui priuato cōueniat. Venit dein
 Ticino Lazarus vester, medicus (vt quidem visum est)
 experientissimus: qui tamen serō aduocatus, ne quid in-
 expertum relinqueret, pretiosissima quēdā gemmis om-
 ne genus, margaritisq; conterendis medicamenta tenta-
 bat. Quærit ibi tum ex familiaribus Laurentius (iā enim
 admissi aliquot fueramus) quid ille ageret medicus,
 quid moliretur. Cui cū ego respondissem, epithema eū
 concinnare, quo præcordia fouerentur: agnita ille sta-
 tim voce, ac me hilare intuens (vt semper solitus) heus
 inquit, heus Angele: simul brachia iam exhausta viribus
 ægrè attollens, manus ambas arētissime prehendit. Me
 verò singultus, lacrymæq; cū occupauissent, quas ce-
 lare tamen reiecta ceruice conabar, nihil ille commo-
 tior, etiā atque etiam manus retentabat. Vbi autem per-
 sensit fletu adhuc præpediri me, quò minus ei operam
 darem, sensim scilicet eas, quasiq; dissimulanter omisit.
 Ego me autē continuò in penetrabile thalami conicio flen-
 tem, atque habenas (vt ita dicam) dolori & lacrymis la-
 xo. Mox tamen reuertor eòdem, siccatis, quantum li-
 cebat, oculis. Ille vbi me vidit, vidit autem statim, vocat
 ad se rursus, quæritq; per blandē, quid Picus Mirandula
 suus ageret. Respondeo manere cum in vrbe, quod ve-
 reatur ne, illò si veniat, molestior sit. At ego, inquit, vi-
 cissim

Picus Mi-
 randula.

cisim ni verear ne molestum sit ei hoc iter, videre, atq;
alloqui extremum exoptem prius, quàm planè à vobis
emigro. Vin' tu inquam, accersatur? Ego verò, ait ille,
quam proxim. Ita sanè facio: venerat iam, assederat, atq;
ego quoque iuxta genibus incubueram, quò loquentem
patronum facilius, vtpote defecta iam vocula, exaudirè.
Bone Deus, qua ille hunc hominem comitate, qua huma-
nitate, quibus etiam quasi blanditijs excepit! Rogavit
primò ignosceret, quòd ei laborè hunc iniunxisset, amo-
ri hoc tamen, & benevolentie in illum suæ adscriberet,
libētius sese animam editurum, si prius amicissimi homi-
nis aspectu moriētes oculos satiasset. Tum sermones in-
iecit vrbanos, vt solebat, & familiares. Nonnihil etiam
tunc quoque iocatus nobiscum, quin vtrosque intuens
nos, Vellem, ait, distulisset me saltem mors hæc ad eum
diem, quò vestram planè bibliothecam absoluissem. Ne
multis: Abierat vixdum Picus, cùm Ferrariensis Hierony-
Hieronymus, insignis & doctrina, & sanctimoniamus Fer-
vir, celestisque doctrine prædicator egregius, cu-
biculum ingreditur, hortatur vt fidem teneat: ille ve-
rò tenere se ait inconcussam: Vt quàm emendatissi-
mè posthac viuere destinet: scilicet facturum obni-
xè respondit: Vt mortem denique, si necesse sit, æquo
animo toleret: Nihil verò, inquit ille, incundius, si qui-
dem ita Deo decretum sit. Recedebat homo iam, cùm
Laurentius, Heus inquit, benedictionem pater prius,
quàm à nobis proficisceris. Simul demisso capite, vul-
tūque, & in omnem pie religionis imaginem formatus,
subinde ad verba illius, & preces, rite ac memoriter
responsitabat, ne tantillum quidem familiarium luctu
aperto iam, neq; se vltèrius dissimulante, commotus. Dis-
ceres indictam ceteris, vno excepto Laurentio, mortè.

Sic scilicet vnus ex omnibus ipse nullam doloris, nullam perturbationis, nullā tristitiæ significationem dabat: cōsuetūmq; animi rigorem, constantiā, æquabilitatem, magnitudinē, ad extremum vsque spiritum producebat. Instabant medici adhuc tamen, & ne nihil agere viderentur, officiosissimē hominem vexabant, nihil ille tamen aspernari, nihil auersari, quod illi modò obtulissent: non quidem quoniam spe vitæ blandientis illiceretur, sed ne quē fortē moriens, vel leuissimē perstringeret. Adeoq; fortis ad extremum perstitit, vt de sua quoq; ipsius morte nonnihil cauillaretur: sicuti cum porrigenti cuidam cibum, rogantiq; mox quā placuisset, respondit: quā sollet morienti. Post id blandē singulos amplexatus, petitaq; suppliciter venia, si cui grauior fortē, si molestior morbi vitio fuisset, totū se post illa perunctioni summe, demigrantisq; animæ commendationi dedit. Recitari dein euāgelica historia cœpta est, qua scilicet irrogati CHRISTO cruciatus explicantur, cuius ille agnoscere se verba, & sententias propē omneis, modò labra tacitus mouens, modò languentis oculos erigens, interdū etiam digitorum gestu significabat. Postremò sigillum crucifixi argenteū margaritis, gemmisq; magnifice adornatum defixis vsquequaque oculis intuens, identidemq; deo osculās expirauit. Vir ad omnia summanatus, & qui flantē, reslantemq; toties fortunā vsque ad eò sit alterna velificatione moderatus, vt nescias utrū secundis rebus constantior, an aduersis æquior, ac temperantior apparuerit. Ingenio verò tāto, ac tāfacili, & perspicaci, vt quibus in singulis excedere alij magnū putant, ille vniuersis pariter emineret. Nā probitatē, iustitiā, fidē, nemo, arbitror, nescit ita sibi Laurētij Medicis pect⁹, atq; animū quasi gratissimum aliquod domiciliū, templumq; dele-

Laurentij
laus.

delegisse. Iam comitas, humanitas, affabilitas quāta fuerit, eximia quadam in eum totius populi, atq; omnium plane ordinū beneuolentia declaratur. Sed enim inter hæc omnia liberalitas tamen, & magnificētia exsplendescibat, quæ illum penē immortali quadam gloria ad deos usque prouexerat: cū interim nihil ille famæ dūtaxat caussa, et nominis, omnia verò virtutis amore persequeretur. Quanto autem literatos homines studio complectebatur, quantū honoris, quantū etiam reuerentiæ omnibus exhibebat, quantum denique operæ, industriæq; suæ cōquirendis toto orbe terrarū, cōmendisq; linguæ vtriusq; voluminibus posuit, quantosq; in ea re, quā immanes sumtus fecit, ut nō ætas modò hæc, aut hoc sæculum, sed posteritas etiam ipsa maximam in huius hominis interitu iacturam fecerit! Ceterū consolantur nos maximo in luctu liberi eius, tāto patre dignissimi. Quorum, qui maximus natus, Petrus, vix dum primum, & vigesimū ingressus annū, tantā iā & grauitate, & prudentia, & auctoritate molem totius Reip. sustētat, ut in eo statim reuixisse genitor Laurentius existimetur. Alter annorum duodeuiginti Ioannes, & Cardinalis amplissimus (quod nunquā cuiquam id ætatis contigerit) & idē pontifici maximo, non in ecclesiæ patrimonio dūtaxat, sed in patriæ quoque suæ ditione legatus, talē, tantūq; se iā tam arduis negotijs gerit, & præstat, ut omnium in se mortalium oculos conuerterit, atque incredibilem quandam, cui responsurus planissimè est, expectationē concitauerit. Tertius porro Iulianus impubes adhuc, pudore tamen, ac venustate, neque non probitatis, & ingenij mirifica quadam, suauissimaq; indole totius sibi tam ciuitatis animos deuinxit. Verū ut de alijs in presenti taceā, de Petro certè ipso cohibere me nō possum, quin

Petrus
Medices.

Ioan. Medices,
post Leo.
x. pont. max.

Iulianus
Medices.

Patris de
filio testimonium.

recentire testimoniū hoc loco paternū adscribā. Duo-
 bus circiter ante obitum mensibus, cum in suo cubiculo
 sedens (ut solebat) Laurentius de Philosophia, & litte-
 ris nobiscum fabularetur, ac se destinasse diceret reli-
 quam etatē in ijs studijs mecum, & cum Ficino, Picoq;
 ipso Mirandula consumere, procul scilicet ab vrbe, &
 strepitu: negabam equidem hoc ei per suos ciues licere,
 qui quidem in dies viderentur magis, magisq; ipsius &
 consiliū, & auctoritatē desideraturi. Tum subridēs ille,
 Atqui iā, inquit, vices nostras alumno tuo delegabimus,
 atque in eum sarcinā hanc, & onus omne reclinabimus.
 Cumq; ego rogassem an adhuc in adolescente tantū vi-
 rium deprehendisset, ut eis bona fide incūbere iā posse-
 mus: Ego vero, ait ille, quanta eius, et quā solida video
 esse fundamenta, laturum spero haud dubiē quidquid in-
 ædificauero. Caue igitur putes Angele, quenquā adhuc
 ex nostris indole fuisse tanta, quantam iā Petrus ostē-
 dit, ut sperē fore atque adeo augurer (nisi me ipsius in-
 genij aliquot iā experimenta fefellerint) ne cui sit maio-
 rum suorum concessurus. Atque huius quidem iudiciū,
 præfagijq; paterni magnum profectō, & clarum specia-
 mē hoc nuper dedit, quod ægrotati præstō fuit semper,
 omniaq; per se penē etiā sordida ministeria obiuit, vigi-
 liarum patiētissimus, et in edie: nunquamq; à lectulo ipso
 patris, nisi cum maxime Resp. vrgeret, auelli passus. Et
 cum mirifica pietas extaret in vultu, tamen ne morbum,
 aut solitudinem paternā mœrore suo adaugeret, gē-
 tus omneis, & lacrymas incredibili virtute quasi deuor-
 abat. Porro autē, quod vnum tristissima in re pulcerra-
 mum, seu spectaculum videbamus, inuicem pater quoq;
 ipse, ne tristiorē filium tristitia sua redderet, frontē sibi
 ex tēpore velut aliā fingeat, ac fluentes oculos in illius

gratiā continebat, nunquā aut consternatus animo, aut fractus, donec ante ora natus obuersaretur. Ita vterque certatim vim facere affectibus suis, ac dissimulare pietatem pietatis studio nitebatur. Vt autem Laurētius ē vita decessit, dici vix potest quāta & humanitate, & grauitate ciues omneis suos Petrus noster, ad se domum cōfluentes, exceperit, q̄ & appositē, & variē, & blandē etiam dolentibus, consolantibusq; pro tempore, suamq; operā pollicentibus responderit. Quantā deinde, & q̄ solertem rei constituendē familiari curā impenderit, vt necessitudines suas omneis grauissimo casu percussas subleuarit, vt vel minutissimum queng; ex familiaribus deiectum, diffidentēq; sibi aduersis rebus collegerit, exhereditauerit, animauerit, vt in obeunda quoq; Rep. nulli vnquā aut loco, aut tēpori, aut muneri, aut homini defuerit, nulla deniq; in parte cessauerit. Sic vt eā planē instituisse iā viam, atq; ita pleno gradu iter ingressus videatur, breui vt putetur parētem quoq; ipsum vestigijs cōsecuturus. De funere autem nihil est, quod dicam. Tantum ad aui exemplum ex præsripto celebratum est, quēadmodum ipse, vt dixi, moriens mandauerat. Tam magno autē omnis generis mortalium concursu, quā magnum nunquā ante meminimus. Prodigia verò mortem fermē hęc Prodigia. antecesserunt, quanquam alia quoque vulgō feruntur. Nonis Aprilibus, hora fermē dici tertia, triduo antē, quā animam edidit Laurentius, mulier nescio quē, dum in aede sacra Marię Nouellę, quę dicitur, declamitātē ē pulpito dat operā, repente inter confertam populi multitudinem expauesacta, consternatāque confurgit, lymphatoq; cursu, & terrificis clamoribus, Heus heus, inquit, ciues, an hunc nō cernitis ferocientē taurum, qui tēplum hoc ingens flammatis cornibus ad terram deiecit?

Prima

Prima porrò vigilia, cum celū nubibus de improviso fe-
daretur, continuò Basilicæ ipsius maxime fastigiū, quod
opere miro singularem toto terrarum orbe testudinem
supereminet, tactum de celo est, ita ut vastæ quæpian
deijcerentur moles, atque in eam potissimum partem,
qua Medicæ conuiscuntur ædes, vi quadam horrenda,
& impetu marmora iāmania torquerentur. In quo illud
etiam præscito non caruit, quòd inaurata vna pila, qua-
les aliæq; in eodem fastigio conspiciuntur, excussa ful-
mine est, ne non ex ipso quoq; insigni proprium eius fa-
milie detrimentum portenderetur. Sed & illud memo-
rabile, quòd ut primum detonuit, statim quoque sereni-
tas reddita. Qua autem nocte obiit Laurentius, stella so-
lito clarior, ac grandior suburbano imminens, in quo is
animam agebat, illo ipso tēporis articulo decidere, ex-
tinguiq; visa, quo compertum deinde est eum vita de-
migrasse. Quin excurrisse etiam faces trinoctio perpe-
tuo de Fesulanis mōtibus, supraq; id templū, quo reli-
quæ cōduntur Medicæ gētis, scintillasse nōnihil, moxq;
evanuisse ferūtur. Quid? quòd & leonū quoq; nobilif-
simam par, in ipsa qua publicè cōtinentur cauea, sic in
pugnā ferociter cōcurrerit, ut alter pessimè acceptus,
alter etiā leto sit datus. Arreti quoque supra arcē ipsam
gemine per diu arsisse flammæ, quasi Castores feruntur,
ac lupa idētidē sub mœnibus ululat⁹ terrificos edidisse.
Quidā illud etiam (ut sunt ingenia) pro monstro inter-
pretantur, quòd excellentissimus (ita enim habebatur)
huius ætatis medicus, quando ars eū, præscitaq; fefelle-
rant animū desponderit, puteoq; se spōte demerserit, ac
principi ipsi Medicæ (si vocabulum spectes) familie sua
nece parentauerit. Sed video me, cū quidē multa, et ma-
gna reticuerim, ne forte in specie adulationis inciderē,

lonz

longius tamen prouectum, quàm à principio instituerã. Quod vt facerem, partim cupiditas ipsa obsequedi, obtemperandiq; tibi optimo, doctissimo, prudentissimoque homini, mihiq; amicissimo, cuius quidẽ studio satisfacere breuitas ipsa in transcurso non poterat: partim etiã amara quedam dulcedo, quasiq; titillatio impulit recolendæ, frequentandæq; eius viri memoriæ. Cui si parem, similemq; nostra ætas vnum forte atque alterum tulit, potest audacter iam de splendore nominis, & gloria, cū vetustate quoque ipsa contendere. Vale. xv. Kalend. Iulias. M. CCCCXCII. in Fesulano rusculo.

CAESAR CARMENTVS

Angelo Politiano suo s. d.

POLITIAS tuas, hoc est, Miscellaneorum librum ostendit nuper mihi Iacobus Rufinus, amcenissimi hominigenij, tibiq; amicissimi. Nihil mehercules illis mūdus, nihil acutius, nihil doctius, ista vna cēturia (vt equidem sentio) non modò Gellium, & id genus alios æmularis, sed longè superas. Fama quanquàm magnus es, scriptis certè maior: quare ætati huic nostræ gratulor. Est enim præsentī in sæculo, quod admirari possimus, ne semper veterum ingenia suspiciamus. Ego per te cū multa didicerim, tibi me debere fateor, cunctaque mea polliceor: Amicos habes supremæ fortunæ viros, nos humili de plebe sumus, qui quasi fores amicitie tuæ pulsamus. Quid tu tenuis hominem sortis despicias? Inter gancatas dapes vilis quandoque iuuat, atque appetitur oliua. Porro quòd & ipse litteras istas profitear, nihil velim carum me tibi reddat: nam professio adeò ieiuna est: in hoc laude dignus, quòd ad studia ista anhelem, non quòd profitear. Quali enim simus doctrina, ipsi probe scimus: iter in dēsis tētamus tenebris, lucella sectamur.

mur: quādiu tantum congefferimus quantū sit satis pro
victu annorū aliquot, mox Athenas, id est, Florentiā ad
capiendū abs te cultum ingenij proficiscemur: absentem
quæso, & incognitum, si potes, dilige interea, & Vale.

ANGELVS POLITIANVS

Cæsari Carmento suo S. D.

IGNOSCE occupationibus Cæsar, neq; me vel su-
perbū crede, vel inofficiosum, quod ad tuas hactenus lit-
teras nō rescripserim. Melior dici pars lectionibus va-
rijs mihi teritur, reliqua datur amicis opera. Nō est sibi
quies, & somnus cū precibus, horario, et stylo diuidūt.
Ac (ne manifesta dissimulem) recrastinator quoq; natu-
ra sum maximus, nec ad diem facillē soluo, quāquam om-
nino aliquando soluo quod debui: quorū alterū dū red-
ditur (vt verū fatear, nōnihil dolet ob ignauiam: alterū
me, quoniam redditum non est, semper excruciat. Venio
nunc ad epistolas tuas, quas equidē, quoniā sunt elegan-
tissime plenæq; mearum laudū, cupiebā sic inuicem fer-
re laudibus, vt par pari relatum cognosceres. At enim si
fecero, credet aliquis me forsitan huius denique spe mer-
cedis, abs te antea fuisse laudatum. Quare malo equidē
tibi hoc officium debere, quā meas laudes adducere in
suspicionem, præsertim sic abs te rhetoricē dictas, vt ob
eas ipse quoque mihi placeā, qui scio veras non esse. Si-
ne igitur, quæ de me scripsisti, mora aliqua temporis ro-
borari, talionemq; tum denique à nobis expecta. Nunc
usurā laudationis tuæ gratuitā quæso per mitte dies ali-
quot, ne quis argutulus dicat, nos inter nos (vt illi apud
Terentium faciunt) tradere operas mutuas. Vale. Flo-
rentiæ, Idib. Ianuar. M. CCCCLXXXVIII.

ANGELVS POLITIANVS

Tristano Chalco suo S. D.

*Ad La-
torian*

SIGNIFICAS mihi litteris tuis decuriam scribarū
 totā sic delectari Miscellaneis nostris, ut inde me quoq;
 videlicet auctore, quanto vix credibile sit amore prose-
 quatur. Equidem habeo gratiā studijs meis, et vigilijs, in
 quibus acriter ab ineunte etate, si minus cum dispendio
 bonæ valetudinis, certē sim periculo maximo versatus.
 Etenim quāvis ipsa sibi litterarum tractatio satis gran-
 de præmiū sit, ad id scilicet suavis, et iucūda, tamē istius-
 modi fit accessionibus, ut nullū vitæ genus esse putem cū
 litterati hominis otio, dūmodo nō sit crili, conferendum.
 Nec enim plures Iasoni, & Cadmo satu dentiū nati sunt
 hostes, quā mihi satu Miscellaneorū nati amici. De Ter-
 tulliano, quod requiris, Quintus Septimius Florēs Ter-
 tullian⁹ appellatur, eiusq; legi libros, præter Apologe-
 ticū, de pallio, de carnis resurrectione, de corona militis
 ad martyria, de virginibus velandis, de habitu mulierū,
 de cultu seminarū ad vxorē, ad Scapulā, de persecutio-
 ne ad Fabiū, de exhortatione castitatis, de patientia, de
 monagania, de præscriptionibus hæreticorū cōtra Her-
 mogenē, aduersus Praxeam, Valentianos, Marcionē, Iu-
 daeos, hæreticos omnes. Ipse quorundā, præter hos, li-
 brorū meminit à se cōpositorū, qui nec extāt. Lactāti-
 us, ut in omnibus eruditū doctissimū, ita in eloquēdo duriorē
 perhibet. Augustinus lapsū quibusdā locis miratur, quā-
 vis hominē doctissimū, Cyprianus sua frequēter scripta
 de illius fōtibus irrigauit. Reliqua super eo libellus He-
 ronymi virorū illustriū suppedabit. Ex apologetico ve-
 rō nimīū tibi deerat, quod et huic epistolæ totum subne-
 xui. Tu ceteros tamē ei⁹ libros caue putes cū apologeti-
 co cōferēdos. tū illud scio, volumē esse, quod desideras,
 prope immēsum. Nā quod ad operā scilicet attinet meā,
 libenter equidē de illa tibi verbis eisdē spondeo, quibus

Tertul-
 liani lib.

Publio

Publio Septimio de ciuium fortunis Antonius. Quid concupiscas, tu videris. Quod concupiueris, certe habebis. Vale. Florētiae, pridie Idus Ian. M. CCCCLXXXIX.

ANGELVS POLITIANVS

Tristano Chalco suo S. D.

Marianus
Genaza-
nēsis the-
ologus.

SCRIBIS Marianum Genazanensem Theologie consultum, qui sacras istic ad populum conciones habet, tanta esse omnium admiratione apud nos, vt eorum facile fidem, quæ de ipso in Miscellaneis prædicauimus, absoluerit: tri ad hunc plenis vndique vijs, allici lepore verborum, suspendi sententiarum grauitate, flecti omnibus orationis impetu, et viribus. Fatebor quid mihi vsu venerit, cum primum hic apud nos concionari coepit. Acceſsi vt audirem, sic quomodo alios consueueram, explorabundus, & penè (vt verum dicam) contentum. Sed vt habitū vidi hominis, & statum, quasiq; indolem quandā in oculis, & vultu minimè vulgarem, coepi aliquid expectare iā quod essem probaturus. Ecce tibi igitur, præfari incipit, Arrigo iam tum aures, canora vox, verba electa, grandes sententiæ. Denique agnosco incisa, video mēbra, sentio circumductum, capior numero: tū partiri pergit, attendo: nihil impeditū, nihil inane, nihil ibi quod caudā traheret: Textit deinde argumentorum nexus, illaqueor: retexit, expeditior: inserit alicubi narratiunculas, ducor: modulatur carmen: teneor: iocatur nonnihil, rideo: premit, vrget que veris, do manus: tentat affectus mitiores, statim mihi per os lacrymæ: clamat iratus, terreor, ac venisse iam nollem. Denique pro re ipsa, quam tractat, & figuras variat, & vocis flexus, & vbiq; actionem gestu commendat: Mihi verò etiam (vt fatear) crescere in ipso pulpito, nec supra sui modò, sed omnino supra hominis mensurā saepe est visus.

Ac dum sic omnia, quasi singula contemplor, cessit miraculo iudicium. Putabam fore tamen, at consumpta postmodum nouitate, minus in dies me caperet. Ceterum contra accidit, idem enim postridie, quasi alius audiebatur, sed illo ipso melior, qui pridie visus optimus. Nec tu illud corpusculum contemseris, inuictum, infatigabile est: ut non aliunde magis reparare vires, quam de laboribus ipsis videatur. Quis inde autem tantum vocis, tantum spiritus, tantum virium, ac laterum speraret? Adde quod et rusticatus quandoque sum, domique cum ipso familiarius egi: et quidem nihil vidi placidius, nihil tamen etiam cautius. Non eius absterret seueritas, non item corrumpit facilitas. Alij cum se magistros ecclesiarum profitentur, cre- Ecclesia-
dunt sibi ius esse in homines vite, et necis: itaque sic in- rum ma-
temperanter potestate abutuntur, ut nunquam supercilium, gistrum su-
nunquam pedagogi vultum, et verba illa tetrica deponant. perciliofi.
Hic autem noster sic modum tenere didicit, ut in ipso tantum pulpito censuram exerceat: cum descendit, inuicem ciuilitas excipiat. Quare sic a me, sic a Pico item Mirandula meo (bone deus, quo viro!) frequenter aditur, ut nullo magis quam sermone illius, et consuetudine, tristitiam literati laboris discutiamus. Nam Laurētius ipse Medicus elegans ingeniorum spectator, quantum homini tribuat, non modo substructo protinus insigni cœnobio ostendit, sed multo etiam magis assiduitate quadam, cultuque: sic ut vnā cum illo ambulatiunculam omnibus ferme vite urbanae discursibus anteponat. Itaque te quoque hortor, inspicias hominem (si potes) et explores, etiam de proximo, laudabis et hic Politiani tui iudicium. Nec illi molestus vnquam venies, nescit offendi. Non enim is est, qui lucem refugiat, et oculos: puto, quia bona conscientia testibus omnino gaudet, quamuis utique non desideret.

H.

Vale.

Vale. xi. Kalend. April. M. CCCCLXXXIX.

ANGELVS POLITIANVS

Antonio Pizamano S. D.

QVID esse hoc dicā vir doctissime, quod illo ipso
 tēpore, quo vos Ioanni Pico Mirādule, me presente, tu
 Grimanusq; non iam tuus potius, quā meus, quanquam
 mentito nomine, quanquam dissimulata patria, quanquā
 sub mille inuolucris exhibuistis, non alium prius, aut li-
 bentius sermonem, quā de vobisipsis, licet aliō reuocā-
 tibus, ac propemodum resistentibus iniecinus? An non,
 obsecro, vos surda, & ignara quādam naturæ consen-
 tientis ratio non modo personam detrachere illam vobis
 intempestiuā, sed & exprobrare fucum falsarum illius
 modi apud amicos imaginum videbatur? adeon' autē vos
 tum fuisse ferreos? adeon' quāso in illo malē mehercules
 lepidō proposito pertinaces, ut cū de vtroque vestrū,
 tam ardentē vterq; nostrum sic à vobis, quasi certē nō
 à vobis, querebamus, & cū apud vos de vobisipsis, ut
 apud alios, tam ex animo, tamq; amantē loquebamur,
 duritiem tamen, aut obstinationem potius latēdi, fallen-
 diq; nos eandem semper retinueritis? O' (si nō ita indu-
 xissetis animum) qui cōplexus, & quanta illa nostra ex-
 titissent gaudia. Quem diem nobis inciuili illo, ne dixe-
 rim crudeli cōmento, quem fortasse etiam vobis inuidia-
 stis. Etenim ego, ne postea quidem letitiam iudicij toto
 persensi pectore, cū sub articulo vno temporis mihi
 vos penē prius abstulistis, quā obtuleratis. Nam etsi
 animus omnino inclinabat eōdem, vix tamen credere aua-
 debam vos eos esse bona fide, qui videlicet eratis: nec
 enim vel ab eis me antea potuisse, vel tum quoque non
 iterum posse falli existimābam, qui se nuper sefellisse cō-
 fitebantur: ut ne illud quidem tantillum voluptatis libe-

rum, sincerumq; mihi, & ab omni vacuum suspitione reliqueritis. Vt enim pisces, atque aues decepti semel ceteros etiam cibos, illi hamatos, hæ viscatos credunt: sic ab impostura nuper vestra, quod etiam merū, sincerūq; fuit, esse id omne tamen dilutum mihi, atq; incrustatum penitus videbatur. Fecit isthuc ipsum olim in me Picus, verum longè ille mitius. Nam cum me rusticantem temporarius versipellis adiisset, ac sibi ludos paulisper de amico cepisset, & de se quid sentire callide, quasi alienus explorasset: mox tamen ubi lussit satis, ultro semihiridens patefecit, ut omni prorsus crepta nube frui iam liberrimè suauissimi iuuenis præsentia, dulcissimòque colloquio licerit, & veras audire, & reddere voces. Vos contra inmodici, nisi me fortuna reuertentem vestra ipsorū causa rure in urbem, penè dixerim fugientibus in ipso limine obiecisset, taciti (quod adhuc abominor) taciti ambo, & ignorati mihi, tū pro Venetis Vicentini, pro Pizanianis, & Grimanis, nescio qui Porticenses discesseratis. Sed enim querelæ conticescant, seræ iam & nihil profuturæ, licitumq; amicis fuerit ludere aliquando ex suo commodo amicos, sicuti carissimos hominès etiam interdum numina solent, quod viri quidam sapientissimi prodiderunt. Venio nunc ad epistolas tuas elegantissimas, quas mihi, et Pico Lactantius noster diligentissimus reddidit, hoc est, utraq; utrique. Nam quod in hoc genere alteri datur, utriq; profecto datur. Et quidè videris in eis mihi vel ob hoc ipsum nervos omneis tuæ cōtendisse humanitatis, ut quod precaueras, ante te nobis coram diffingens, nunc absens eundem refingens pulcerrima vicissitudine redimeres. Etenim sic in litteris ipsius amor, humanitasque tua, & suauitas ingenij nativæ quædam viuit, spirat, exhibetque se, ut non (quod solæ

tum est in atramento, sed in penitissimis præcordijs intinxisse nobis scriptorium calamū videaris. Ita quod ait Syracusius poëta, si quid nos ante à momordisti, nunc innoxium repetita etiam vtilitate reddidisti. Nā quod breuiiores fuerint epistolæ, dolemus quidem, sed eas arte longissimas, hoc est, à capite crebrò repetentes, facere dicimus. Sunt autem adhuc apud me litteræ quoq; aliæ tuæ, neque non simul & Grimani, quas abhinc annos ferme decem dedisti ad me. Nec illæ profectò indignæ, quæ tanquam semina iacerent adolescentes, qui quidem forent ad hanc vberriam frugē peruenturi. Nempe igitur sicuti amatores munuscula suæ quisque Veneris diligenter seruant: anellum puta, catellam, sudariolum, violā quoque, nonnunquam rosam, flosculum: sic ego tuas illas, & item Grimani litteras amoris veri gratissima pignora, non modò paulò incuriosius non habeo, sed & sub oculos crebrò reuoco, nunc mihi ipse, nunc amicis recitans, atq; ita memoriam redintegrans, ita affectus renouans, ita cōsuetudinē mihi vestram quā sepiissimē asciscens. Quare abs te iure quodam meo postulo, ne istud ad me scribendi officium omittas, cuius fructum tanti faciam. Sed cum tibi à studijs grauioribus otium suppetit, otium illud in me potissimum transferas, operamq; mihi aliquam saltem vacui temporis impertias. Debes hoc amoris meo, debes certè humanitati tuæ. Dominicum vero Grimanum lator equidem legationis honorificentissime perfungi munere: cupio tamen eum saluum quam primum recipias, ne diutius à Musis ferietur, & ut alio multo pro merito laudibus ob Remp. bene gestam, non tuo modò, sed meo quoque nomine gratuleris, salutes, amplectarisq; reducē, tum qua poteris significatio-
ne, vnum me quoque illi inter longa prosequentium offi-
cia

eiā repræsentēs. De codice autē nihil te equidem hortabor. Errare potius, si causam tibi meam cōmendandam putarē. Tantum dixerim vehementer me illum desiderare, qui lectus à me libenter, custoditus diligenter, etiam deinde fideliter remittetur. Ioannes Picus Mirandula, quasi Roscius quidam litterarij theatri, respondebit arbitror & ipse ad tuas litteras, quas videlicet gratanter accepit. Te cordi, et Grimanum, mecum simul infixos habet, & quidem trabali clauo: laudat vtrunque vbique, quacunq; occasione, nec occasio illi tamen vnquā deest. Sed & Laurentio Medici tuas ego ad me litteras recitavi, fabulamq; illi simulati nominis ridenti narraui totam. Castigauit tamen ille me verbis, quod cognitos deinde, nō etiam inuitos in ædes suas adduxeram, vt veteris cælaturæ vasa, gemmasq; , quando id vos cupere dixeratis, pro arbitrio spectaretis. Negauī me parem duobus. Nam ne Hercules quidem contra duos: quod est in proverbio. Verū amat ille vos, fauet proposito, doctri-
næq; isti vir vnus ad omnia magna, et honesta natus, educatus, exercitatus, nec minore à vobis (ni fallor) studio visendus, quàm illa ipsa cælamina, quæ prius appetita, dein tamen oblata continuo refugistis. Vale.

ANGELVS POLITIANVS

Francisco Casæ suo S. D.

ACCEPI epistolā tuā, quam mihi significas allatū istuc esse de machinula Automato, quæ sit nuper à Laurēti^{Automato} quodā Florentino constructa, in qua siderū cursus, cum⁷⁰⁵ celi ratione congruens explicetur. Aisq; te cupere vt quoniam famæ fides derogetur, ego ad te de ea scribā si quid comperti habeam. Geram tibi morem. Et quamuis longo interuallo id opus ruri agens, haud asperi: tamen eius vel quæ forma sit, vel ratio, vel vsus, quantū conse-

¶ 3

quē

Astrono-
mici in-
strumenti
descri-
ptio.

qui memoria potero, breuiter exponam. Quæ si tibi ex-
plicatio paulo videatur obscurior, non nostræ omnino
orationi, sed ipsius etiam rei, quæ de agitur, subtilitati,
atq; adeo nouitati velim attribuas. Columella est quæ-
drata, quæ pyramidos modo in acutum desinens fasti-
giatur, altitudinis ferè trium cubitum. Supra eam pro ca-
pitello planus orbis est aheneus auro, & coloribus di-
stinctus, & in cuius altera parte omnis siderum errantiũ
cursus explicetur, cuius est dimensio cubitali breuior,
rotulisq; intrinsecus, denticulatis agitur, circulo immo-
bili summum complectente marginem, quatuor & vigin-
ti horarum spatijs distincto. Intraq; eum in summo vera-
satili orbe, signa duodecim suis discernuntur gradibus.
Interius orbiculi octo pari fermè inter se magnitudine
visuntur. Ex ijs duo medium obtinent punctum, alter sci-
licet alteri infixus, sic vt inferior maiusculus solem, su-
perior lunam representet: a sole radius ad circulũ per-
tingens, in ipso quidẽ horas, in signifero verò menseis,
dies, graduumq; numerũ, verũq; & mediũ (quod aiumi)
solis motum pariter indicet. A luna item stylus prodit,
ipsius horarum index, quæ scilicet inferius in limbo ip-
so maioris orbiculi designantur, perq; lunaris epicyclij
transiens centrũ, signiferumq; contingens, medium sui
sideris declarat motum. Alter itẽ indidem exoricens, lu-
narisq; centrum corporis, hoc est, epicyclij orã secans,
verum eius locum manifestat. Quò sit vt & tarditas, ce-
leritasq; & motus, cursusq; omnis, & coitus item, ple-
niluniãq; visantur. Circũ hos orbiculi sex, quorũ vnus,
quæ Draconis caput, caudãq; vocant, solis pariter lu-
nãq; defectus insinuat. Reliqui planetis attributi. Quo-
rũ a singulis binæ eminent cuspides motuũ indices, per-
inde atq; in luna ostēdimus. sed ij retro quoq; gradiuntur,
quod

quod nequaquam in luna vsuuenit, vtpote cuius in contrarium feratur epicyclios. Ita & coniunctionum, & recessuum, & latitudinum ratio in singulis manifesta. Est præterea limbus alius signiferi instar, sex illos, quos dixi, planetarū orbiculos supernè secans, vnde & orientium gradus signorum, & dierum spatia, hoc est, quæ sol ora exoriatur apparet. A quibus singuli planetæ orbiculis deferuntur, & vicissim interdium quidē ad orientem, noctu verò ad occasum commeant. Contra orbis ipse amplissimus noctu ad orientem, interdium ad occidentem, quatuor & viginti horarum spatio planetas torquet. Quæ scilicet omnia cum cælo congruere ipso & ratio cōvincit, & peritissimus quisq; consentit. Nec est quod mireris incredibilia hæc videri permultis. Quippe (vt est apud quendam) Tarda solet magnis rebus inesse fides. Vix ipsi, inquam, oculis credimus, cum hæc quotidie intueamur. Atque adeò cum legerem aliquando tale quiddam fabricatum Archimedem Syracusanum, vacillabat etiam in tāto auctore fides, quam planè hic noster absoluit. Et ipso quidem opere laus omnis inferior est, neque enim aliter laudari pro dignitate potest, nisi vt omnem illi laudem esse imparem fateamur. Ipsum certe artificem dubium est moriūne, & probitatis, candorisq; & sanctitatis, an ingenij magis caussa admiremur, sic vt & cælitus demissum, & in cælo ipso cælum didicisse existinemus. Vale. Fesulis, v. Idus Augustas. M. CCCCLXXXIII.

ANGELVS POLITIANVS

Philippo Posco s. d.

GRATVM fecisti quòd epistolam, quòd versiculos misisti. Queris quid sentiam, breue faciam. Recti sunt,

H 4

fe

festiui, arguti, pleni sensibus, & aculeis. Dicerē cōsum-
 matos, nisi non cum sæculo hoc illos, sed cum vetustate
 cōmitterem. Quòd autem rogas, cur ego has particulas,
 quodquod, & adq; per d, potius quàm per t, litteras no-
 tem, facile responsum. Ac ne aut te circumduci, aut etiā
 falli putes, pauculos testes, neque eos tibi non domesti-
 cos citabo. Est in atrio capitolino ad sinistram opinor
 ænei Herculis, haud ita pridem inuenti, marmor quoddā
 vetustis, ac iam penē exoletis incisum versiculis, quorū
 initium est: Hercules inuicte. In eo hoc quoque legitur,
 Administrandum quodannis. Adstipulatur etiam huic
 scripturæ ille codex antiquissimus Virgilianus, qui istie
 in intima Palatina bibliotheca adseruatur, maiusculis ca-
 racteribus exaratus de quo paucula mecū recognoscas
 licet ex Bucolicis modò, & Georgicis, ne totum tibi sit
 volumen explicandum. Pocula, inquit, bina nouo spu-
 mantia lacte quodannis. Et paulò pòst: Vt Baccho,
 Cererique tibi, sic vita quodannis. Et rursus: Degene-
 rare tamen ni vis humana quodannis. Item: Nanque om-
 ne quodannis Tèrque quatèrque solum scindendum.
 Sed & illud, adque, pari ratione notatur. Neque te mo-
 ueat quòd in ponte illo Anienis à Narse constructo de-
 prehendas aliter: atque interruptum continuatur iter,
 nisi si illi inerudito sæculo standum putas. Ego Quintil.
 sequi malim, qui in primo de Oratoria institutione li-
 bro, velut frigidam eludit, quæ sit à multis seruata dif-
 ferentia, vt ad cūm esset præpositio, d, litteram, cūm au-
 tem coniunctio, t, acciperet. Itaque veteris adhuc scri-
 pturæ vestigia in codē inuenias Virgilio: vt, Adque hu-
 miles habitare casas. Ad mihi sese offert ultro. Adq; ite-
 rum ad Troiā. Adq; ære Menalca. Adque solo proceras
 erigit aluos. Adq; vtinā ex vobis vnus. Adque aduersos
 detra-

Quodan-
 nis.

Adque.

Ad, & At.

Etinet hostis. Et mille alia, vt minore etiam, quàm sum
 pollicitus, me pomærio circūscribā. Querit insuper de
 nobis Lollius noster, cur idem in verbo adgredior ser- Adgre-
dior.
 uemus. Ducitq; eum (ni fallor) cū consuetudinis vis, tū
 Prisciani auctoritas. Sed ego à consuetudine hac praua
 ad rectam vetustatem prouoco. Inspice (si est otium) li-
 brum eundē, ita opinor inueneris: Adgredere ò magnos,
 aderit iā tēpus honores. Et itē: Adgressi: nā sæpe senex
 spe carminis ambos Luserat. Neq; mihi sanē hoc quidem
 loco non imbecilla etiam (adsit venia dicto) ac vacillans
 Prisciani videatur auctoritas: quippe qui etiā censeat,
 errore magis scriptorum, quàm ratione factum, vt adfa-
 tur, adludo, adrideo, adnitor, adsumo, d, retineant. Quis
 enim putet etiam in nummismatis ipsis Cæsaribus conse- Numis-
matum
fides.
 cratis, id mendum admissum? in quibus cū alia ad eun-
 dem modum, tū certē adlocutio, d, littera notatur, nun- Adlocu-
tio.
 quam l. Sed vos nimium belli homines, ac faceti, planē me
 luditis, qui domi Pomponium habeatis hominem totius
 antiquitatis, omnisq; adeò litteraturæ consultissimum. Pompo-
 Itaq; ego ineptus etiam Athenas noctuam. Sed iam vale, Pompo-
nius.
 nostrasq; Lollio occupationes excusa, ad quem scilicet Letus.
 nullas huic quidem tabellario litteras dederim. Vale.

ANGELVS POLITIANVS IOANNI

Gottio Ragusino S. D.

CVM per hos quadragesimæ proximos dies enarrādis
 populo sacris litteris essē occupatus, perlegi tamē li- Politian^r
 bros carminū tuorum, quos mihi tu pro singulari huma- ecclesia^r
 nitate tua, mutuoq; inter nos amore dedicaueras. Hi me stes.
 scilicet cū voluptate maxima, tum maiore prorsus ad-
 miratione effecerunt. Nam quē nō obsecro, suauitas illa
 tanta, lepor, elegantiaq; versiculorū, tot aculei, sales, ar-
 gutiæ, tanta eruditio, tāta varietas, tāta vbiq; Veneres,

H 5

Gras

Gratiæq; delectent? Quis non attonitus audiat hominẽ ab Illyrio, mercimonijs (vt inquit Plautus) emundis, vendlundisq; occupatum, florentibus adhuc annis, tantos in omni poëtice fecisse progressus, vt non solum cum suæ etatis hominibus, sed cum ipsa planè antiquitate cõferri possit? Persequerer nimirum singula mi Ioannes, quæ ego in tuis poëmatibus audacter contra veteres statua deprehenderim, ni metuam, ne aut plus paulò indulgere amori, aut assentatiuncula aliqua videar te velle dẽmereri. Sed planè ita sentio, esse hos libellos ita examussim perfectos, atq; ad summũ absolutos, vt ne ab liuore quidem iure valeant reprehẽdi. Debet autẽ tibi hoc nostrũ (qualecunq; est) sæculum, quòd tu videlicet par veteribus in hoc saltẽ laudis genere reddidisti. Equidẽ gratias tibi ago immortalis, vt pote quẽ tuis illustrando carminibus immortalitate donaueris. Ita enim mihi persuadeo, tam lepida ista poëmata, tam venusta, tamq; ornata, & pulcra, omnem esse iniuriã temporum superatura. Vale.

ANGELVS POLITIANVS

Roberto Saluiato suo s. d.

BEATVS es gratiæ mi Roberte, quem sic docti certatim laudant, vt tum denique docti credantur, cum te maxime laudauerint. Prodigiosus honor, sed tuis meritis non indebitus. Facit enim sedulitas erga hunc ordinem tua, non vt ineptus, aut adulator, qui laudet, sed vt impius, aut ingratus habeatur, qui non laudet. Adeò quippe doctorum studioso fauetur, vt in ipsum nec inuidendo quidquã liceat. Quare ne, quæso, morum talium poëniteat, quibus ad splendorem nominis plus multò proficitur, quàm triumphis. Nunquam enim vestigia gloriæ obliterantur ab hominum doctorum impressa, non ingenio dixerim, sed animo. Vale.

Studiosos
doctorũ
ab omni-
bus lau-
dari.

ANGELVS

ANGELVS POLITIANVS ANDREAE

Magnanimo suo Bononienſi s. d.

NEQVE deſidia mea, neq; occupationum culpa omnino eſt, licet harum quoque nonnulla ſit, quòd ad epiſtolam ſuperiorem non reſcripſi haecenus, ſed tuae potius facilitatis, nota iam ſic omnibus, vt ob eam protinus & ego licere in te mihi omnia exiſtimauerim. Qui ſi nomē hoc humani retinere ſtudes, quod uſu penē iam feciſti tuum, nec iraſci ſilentio noſtro potes ullo pacto, nec debes. Quòd Miſcellaneis noſtris ita faues, vt Atticis quoque noctibus eas compares: equidem vellem minus vulgò humanus habereris, vt non ex ingenio tuo ſemper ad officium parato ſcribi talia, ſed ex operis ipſius merito crederetur. Tu perge nihilominus ornare iſto pacto me vel immerentem. Non minus enim plerunque delectat falſa, quàm vera laus: ſicuti gratius accidit ferre quod dono datur, quàm quod ex debito. Vale. Florentiae, XVII. Kal. Feb. M. CCCCLXXXIX.

ANGELVS POLITIANVS

Andrae Magnanimo ſuo s. d.

EFFLAGITARI ſcribis iſtic ab ijs, qui libros excudunt formis. Herodianū meū. Meum enim iure appello, quem quaſi Latinitate donauerim. Tum rogas codicē tibi ipſum tuū remitti aliquādo noſtra (quod illos cupere ais) manu emendatū. Remitto, ſed (vt verum fatear) leniter potius, quàm ſeuere caſtigatū: ſic autē vt noſtra errata plura in eo, quā librarij deprehendas: Crediderim tamen ſtylo ipſi certē meo, hoc eſt, interpretis, plus aliquantō veniam deberi, q̄ auctoris: quoniā meliusculē reſpōdēt ferre, quae ſcribas, vbi ſit liber quaſi curſus, q̄ quae veritas, vbi nihil extra praſcriptū. Accedit et illud, q̄ hoc mihi mun⁹ interpretadi quaſi leuioris operae fuit, vtpote qui
dica

diebus pauculis dictauerim sic deambulans. Itaq; tantū abest vt mihi inde laudem petam, vt etiam abundē pulcrum fore putem, si vitauero grauiorem culpam. Quare cum amicis reliquis, tum tibi in primis omnem huius operis defensionem non remitto solū, sed etiam propē interdico, vosq; integros ad alia reseruo, quæ post edētur. Sed quanquā plurimi sunt apud vos, qui mihi etiā plus nimio fauēt, vnus tamen es tu Andrea Magnanime, cognomento isto tuo gentilitio dignissime, quem equidem faciam plurimi, cum quod ex bonis ortus, & opibus flores, & honoribus, tum vel maximē quod ingenio es elegantissimo, moribus suauissimis, gratia penē quadam, quidquid ais, quidquid loqueris, imō etiam si nihil agis, nihilq; loqueris, singulari, ac vultu denique ipso (quod dicitur) homines deuincis. Itaque nihil quenquā metuo, vbi tu mihi studeas. Nunquam enim malē de Politiano sentiet, qui placere eum Magnanimo intelliget. Vnum tantum est, quod à te nunc contendo. Cures pro reliqua in nostris rebus diligentia, vt quā minimum quasi degenerēt ab origine, quæ mox volumina formabuntur: vtq; ne illæ ipsæ quidem adnotatiunculæ omitantur, quas marginibus adseripsimus. Inter eas verō etiam locos puto treis, quatuorue ad summum reperies, vbi fuit excusatione vtendum corrupti apud Græcos exemplaris. Ad hæc verō facile procuranda, obeundaq; magis idoneum habere, magisq; ex vsu tuo neminem possis, quā Alexandrum Sartium, ciuem tuum litteratum hominem nostriq; studiosum, tum (quod ego in hac re primū puto) neutiquam in amici negotio dormitantē. Vale. In rusculo Fæsulano, pridie Nonas Maias. M. CCCCXCIII.

A N.